Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25988
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Benedictus es qui suscepisti animam ancille tue. et
me peccatorem iube cursum consummare.
Theognitus uero quidam xpianus de peregrinatione ueni-
ens uidit sanctum cyprianum quia ducitur ad decollan-
dum. et currens osculatus est eum. Feruius quidam cog-
natus regis uidit theognitum osculantem cyprianum.
et iratus iussit eum decollari. Consummati sunt uero in
domino per martyrium cyprianus. iustina. et theognitus.
Feruius uero iussit corpora eorum canibus pici. lacuerunt
uero corpora per dies. vi. et non tetigerunt ea ulle bestie.
Nauite uero fideles expuncia theogniti nocte ue-
nientes cunctis dormientibus corpora sanctorum fura-
ti sunt. et leuauerunt in nauim suam onus preciosum
super aurum multum et nauigauerunt de nicomedia
romam. ferentes reliquias cypriani et iustine et the-
ogniti martyrum. et attulerunt preciosa munera romam.
Suscepit autem hec sancta corpora rufina religiosa ur-
bis matrona de genere claro. in quo loco uarie
infirmitates accipiunt sanitatem eorum meritis.

Policarpi passio et aliorum.

Post quam gloriosus hyreneus
episcopus et martyr migrauit ad
celum media uero nocte uultu ter-
ribili ymbre pacifico cum mul-
titudine martyrum ad sanctum policar-
pum ueniens ait. Agnosce filium tuum
quem erudisti pater sancte. sacerdos agnos-
sce. hyreneum tibi fuisse ministrum.
Ecce accepimus promissionem quam nobis pro-
misit rex celorum. et terre. Nichil nobis de promissio-
ne sua fraudauit redemptor noster. in cuius cubi-